


2



IOANNIS BAPTISTAE
MONTANI VERONENSIS MEDICI
 EXCELLENTISSIMI, ATQVE OLIM PVBLCI
 ET ORDINARIJ ARTIS MEDICINÆ IN
 ACADEMIA PATAVINA
 PROFESSORIS,

Consilia:

PARTIM SCRIPTA, VEL DICTATA,
partim verò de consultationibus & colloquijs medicis à discipulis
collecta, atq; in certum ordinem, quem partes cor-
poris humani monstrant,
congesta

A' IOAN. CRATONE Doctore Medico Cesareo
Vratislauenfi.

CONSILIVM I

*De Ophiasi & Achoribus dicta in colloquio
cum Chirurgo & D. Frisimelica, Anno
1547. Martij 16.*



CLARISSIMI atq; doctis-
 simi viri, occurrit nobis
 Nobilissimus adolescen-
 tulus, cum quibusdam di-
 spositionibus præter natu-
 ram, quæ apparent sensu-
 sui. Duo autem deprehen-
duntur circa cutem: qui
affectus quum sint conti-
gui, tamen videntur diuersi & contrarij. Primò
est priuatio omnimoda capillorum: quæ siue sit
 alopecia, siue ophiasis, siue caluitium, nunc non
 dicam, sed infra. Secundò est tumor quidã præ-
ter naturam, cum crustis & pustulis apparenti-
bus. Est ibi raritas, & ideo etiam priuatio capil-
 lorum. Primò videntur esse affectiones contra-
riæ. Defectus pilorũ solet esse ex nimia siccitate.
 Crusta & *axopas* proueniunt ex deprauatione hu-
 morum. Causæ igitur horum considerandæ. Primò,
quo ad priuationem pilorum, dico hanc nul-
lo modo esse posse ex siccitate, sed ex redundan-
tia aliqua mali humoris: & ab eadem causa pro-
uenire has affectiones, scilicet à deprauatis hu-
moribus. Nam pilorum conueniens materia, te-
ste Galeno, & melius Aristoteles lib. 2. de Gener. D
animal. prouenit ex humore adusto cum qua-
dã pinguedine & substantia aerea: vbi talis ma-

Ateria deficit, deficit etiam materia pro pilis. Hic
 illa materia non est talis, qualis esse debebat, sed
 corrupta & deprauata. Eodem loco dicit Aristo-
teles, quòd pili sunt passio cutis, & requiritur e-
tiam ad generationem pilorum temperamētum
cutis, & ex superfluitatibus cutis tantummodo
generantur pili, & non ex alia superfluitate: vn-
de secundum cutim affectam, afficiuntur pili Er-
go talis affectus est propter duo. Primò, quia ista
materia non est idonea ad pilos generandos, sed
B corrupta. Secundò, propter locum non bonum,
 quia temperies cutis est valde humida, quæ non
 potest producere pilos. Nam & nimia humidi-
 tas, & nimia siccitas prohibent generationem pi-
 lorum. Fortassis contraria etiam quædam affe-
 ctio est in ipsis meatibus. nam & horum ratione
 sæpe non nascuntur pili: sed hoc non est mani-
 festum: dicamus tantum de iis quæ apparent.

Ergo hætenus habemus intemperiem cutis,
 & materiam malam, ratione quorum videntur
C duo contraria fieri. Primò, priuatio pilorum in
parte commissuræ coronalis, vbi plurimæ fiunt
transpirationes vaporum. Euaporato plurimo
 humido propter amplitudinem meatuum in il-
 la parte capitis, non potest materia aggregari.
 Galenus probat, vapores diuersos effectus face-
 re pro crassitie & materiæ, & meatuum. Nam si
 possunt transpirare, nihil mali aut incommodi
 inde euenit in cute. Sed si vel propter crassitiẽ,
 vel densitatem meatuum cutis nõ possunt tran-
 spirare, fit vel pruritus, vel scabies, vel *axopas*. Er-
 go in illa parte future coronalis, vbi meatus sunt
 aperti, non potest illa materia detineri, sed tran-

*Materia
pilorum*